

argentum Lunæ, & ita quodlibet, juxta proprietatem suam, planetæ suo, à quo proprietatem suam accepit. Quum enim vnum metallum fiet, ea propter etiam & cætera metalla originem suam de eo minime consequi possent, multo minus eorundem perfectio per eundem, vel ab illo sortiri potuisset, cum tamen perfectus illius Mercurius abundantia in eo scateat, tam bene, quam etiam in cæteris. Multo adhuc minus illud fieri poterit cum commixtione sulphuris, quod tamen contra impuritatem, & imperfectionem metallorum est de superflua sulphureitate: id facile aliquis tueri potest: Nam cui metallo sulphur admiscetur, illud multo, quam erat antea, fit impurius, & fortassis vna in parte, vel etiam omnino destruitur.

CAPVT SEXTVM.

IN Scriptis suis Philosophi adhuc vltcrius asseuerant, argentum viuum, vel Mercurium esse spiritum metallicæ naturæ & proprietatis ad cumulatum ex quatuor elementis per Planetarum influentiam, operationemque Naturæ in terra: & ex eo fieri potest aurum, argentum, vel aliud septem metallorum, quatenus ipsi in coctione sua aut puri, vel impuri admiscetur, juxta alicujus Planetæ proprietatem, quitum in naturali ista coctione per influentiam suam cæteros perumpit, quo de supra facta mentio.

Quocirca insipientes Chymici dicunt: Spiritum istum esse argentum viuum, quod plerumque omnes norint homines ex rebus illis, quod sese cum omnibus metallis com-

34.

Faktor in Pambhynad
 1719.
 infra j. 1719.